



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXVII. De Sententia & re judicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

TITULUS XXVII.

DE SENTENTIA ET RE JUDICATA.

SECTIO I.

De Sententia.

§. I.

*Quid & quotuplex sit Sententia,
E quomodo à re judicata
differat.*

Sententia in genere definiti potest, quod sit judicialis decisio rei controverte per pronuntiationem Judicis rite factam, liti finem imponens. Duplex autem est sententia, alia definitiva, quae principalem causam definit, eique finem imponit per absolutionem vel condemnationem: alia est interlocutoria, quae non super principali negotio, sed super aliquo emergente vel incidente articulo inter principium & finem Causæ fertur, quæ à definitiva in eo etiam differt, quod definitiva ordinariè ab eodem Judice revocari non possit, possit autem interlocutoria ante definitivam, ut qua nuncquam respectu Iudicis in rem judicatam transit, nisi habeat vim definitiæ, imponens finem illi instantiæ.

Differat autem à re judicata sententia, quod hæc sit ipsa Judicis definitio, & pronuntiation, illa vero sit res controversia, de qua sententia lata est, & quæ per Iudicis decisionem finem accepit; subinde tamen pro eodem videntur sumentia & res judicata, ut cum di-

citur sententiam transire in rem judicatam, quæ tamen videtur potius esse quæstio de nomine.

§. II.

Qualis sententia sit ferenda?

Sententia ferti debet secundum Legum & Canonum præscripta, ita ut contra jus constitutionis lata, sive contra Legem aut Canones clare & indubitate præscribentes certam aliquam in re certa sententiam, aut modum, sit ipso jure nulla, etiamsi prætextu consuetudinis reprobatae à jure lata sit c. Cum causa 8. h. t. cùm confuerudo talis nihil valeat, & Iudex non habeat jus arbitrandi contra Legem aut Canones. Si vero lata sit contra jus litigatoris, contra meritata causæ scil., valida quidem sit talis sententia ob præsumptione pro Iudice; (ita tamen ut appellatio remedium afferre possit) si error juri Litigatori contrarius in sententia expressus non sit (nisi notoriè injusta esset sententia c. Inter ceteras 9. h. t.) nulla tamen sit ipso facto, si error hic juri contrarius expressus in sententia sit, quæ enim præsumptio pro Iudice est, si error taceatur, cessat, si error exprimatur.

Debet autem sententia Iudicis non tantum certa esse, etiamsi summa incerta petitæ sit, quatenus res in judicium deducta patitur, sed debet etiam expresse

vel

vel saltem virtualiter continere absolutionem aut condemnationem, non tamen causam, quæ Judicem movit ad absolvendum vel condemnandum, juxta. Sicut 16. b. t. nisi necessitas præcepti urgeat, prout urget in sententia excommunicationis. c. i. *De sententia excommunicati. in b. aut diversi effectus*, quos sententia parere potest, expressionem cause requirant.

§. III.

Quomodo sententia ferenda sit?

Primò ferenda est sententia partibus litigantibus ad eam audiendam vel tunc citatione, vel unâ peremptoriâ citatis, cum illi, quorum interest audire judicatum, debeant esse vel verè vel interpretativè præsentes, quales haberi non possunt, si citati non fuerint, & contumaciter absint, Clem. *Pastoralis* 2. b. t. Nisi fictum sit notorium, ita ut Reo nulla defensionis causa competat. *Argu. c. Cum olim 12. juncta Glossa V. absenti. b. t.* Si tamen legitimè citatus ad audiendam sententiam ex iusta quidem, sed Judici ignorata causa absit, tenet quidem sententiam, eo absente, lata, retraetur tamen, si legitimum absentia sua impedimentum postmodum prober, aut probet eam ex alio capite iniquam fuisse, prout sumitur ex c. *Civis Bertholdus* 18. b. t. ut ne reus in justè gravetur.

Secundò ferenda est sententia cum causa cognitionis, & servatis à jure præscriptis solemnitatibus. c. *Ad probandum* 24 juncta *Glossa V. ex alia in ista causa b. t.* ita ut etiam Summus Pontifex in causis decidendis juris ordinem servare debeat

c. *In causis 19. b. t.* (æquitate hoc-
genere, &c; ad alios Judices redundant
exemplo) nisi consideratâ necessitate
vel utilitate dispensativè aliter agendum
potest Pontifex, cuius plenitudini nill
obstat jus merè positivum humanum.

Tertiò debet ferri sententia definita
pure & non sub conditione; per hanc
enim si conditio propriè dicta sit
& extrinseca esset, non definitur pos-
sita controversia, sed maneret suspen-
sa. Patentur tamen A. A. feti quidam
eam sub tali conditione non debere, sicut
tamen tenere, cum per appellacionem
medium corrigi possit.

§. IV.

*De alijs nonnullis conditionibus
requisitis ad sententiam, &c. ac
quomodo ea ferenda sit?*

Scribi eam debere, & postea exal-
tando non stando proferri statuum lo-
betur in c. Et si s. b. t. in 6. (cum ut verè
sententiae occultari non possit, si scripta
non feratur, tum ut ipsi sententiae
Judici ferenti major reverentia debet-
tur) nisi levius tantum & exigui mones-
causa foret, inter viles prælertim pub-
nas, quæ sine scripto expedientur, in
forti alia confuetudo esset, quæ ob-
vari debet, aut sententia tantum esse
interlocutoria; vel in causa notoria
personæ sententiam talem ferentes illo-
stres essent, aut in dignitate confitentes
quibus conceditur ob dignitatis pan-
gativans, ut sententiam in scripto con-
ceptam per alium partibus proferte pos-
sint &c.

Debet autem sententia ferri in for-
mula publica

publico, ubi tribunal ordinarium habet Judex (si ordinarius sit vel si delegatus sit ad universitatem causarum in loco delegantis ; si vero delegatus sit ad particularem tantum causam decidendam, ferre sententiam potest in quovis loco honesto & congruo, cum certum tribunal non habeat) & tempore congruo, die scilicet non feriato, & eo tempore, ad quod citatio facta fuit; de die & non de nocte ; prout sumitur ex c. Consuluit. 24. de offic. deleg. tum ut omni falsitati præveniatur , cui tenebra potius quam dies conducunt, tum ut ne partes extraordinariè graventur, si vel loco vel tempore extraordinarii comparent debent &c. Multum tamen in his potest ipsorum partium litigantium consensus & loci consuetudo, quæ observari debent.

§. V.

Contra quem ferri debet sententia, quando Dominus agit per procuratorem, & quomodo sententia sit probanda?

DE jure Civili contra Procuratorem ordinariè ferri debet sententia, si per procuratorem civiliter agatur , & cum hoc nomine quidem ablentis, lis contestata fuerit, L. i. Cod. de sentent. & interlocut. &c. quia Procurator per litis contestationem fit Dominus litis, ut cum hoc quasi contractum censeatur. Ius tamen Canonicum ad has legales subtilitates nihil attendit, ita ut sententia de jure Canonico valeat, sive in Procuratorem, sive in principalem personam absentem concipiatur , qui enim per alium facit, perinde est, ac si faceret per seipsum, juxta Reg. Iuris 72. in 6.

Pirkling, Compendia

Probari etiam potest & debet sententia, si scriptura deperdita sit , per duos testes c. Cum olim 12. de Privileg. ita tamen ut tria in tali casu probanda sint, actum scilicet fuisse celebratum , instrumentum super eo confectum , & hoc amissum fuisse, juxta L. testium 18. Cod de Testibus.

§. VI.

Quomodo sententia ferenda sit conformiter Libello, & an si in illo certa causa expressa sit, ea probari debet?

SEntentia ferri debet secundum tenorem & formam Libelli. Clement. sape 2. de V. S. & quidem in tribus conformis esse debet Libello sententia. In re scilicet (ut Judex non pronuntiet de alia re, quam quæ petita est, nisi universaliter illa insit rei petitiæ: aut causa, quæ agitur fuerit criminalis ; vel in supremo tribunal agatur) in causa petendi (ut Judex aliam causam non proferat) & in actione (ut eam actionem sequatur Judex, quam Actor instituit) sive condemnnet, sive absolvat.

Si specialem causam expressit Actor in suo Libello, & eam probare non possit, succumbit in judicio, & reus absolvitur; quoniam post item contestatam novam causam superveniret, ex qua vincere possit Actor , cum sententia feratur juxta causam, quam in judicium deduxit ; si vero ex generali tantum causa Domini v. g. nullâ speciali causâ expressâ res petatur, tum sufficit actori ad fundandam suam intentionem quamcunque justam causam probare. c. Abbat. 3. h. t. in 6. vii eius illi competit dominium v. g.

Bbb quid.

quidquid sit de rigore juris civilis , cui
sequitur Canonica hanc in re prævalet (ad
fimendas scilicet lites) juxta quam, qui in
generi rem petat , omne suum jus in ju-
dicium deducere videtur (ad rem
illam vendicandam v. g.) non tantum
quod tunc habebat , tempore litis con-
testatae , sed etiam quod postea , du-
rante judicij processu , cœpit compe-
tere.

S E C T I O II.

*De re iudicata, sive transi-
tus sententiae in rem judi-
catam.*

§. I.

*Quando sententia transeat in rem
judicatam , ita ut retractari non
possit?*

Si non appelleret pars litigans , contra
quam sententia lata est , intra 10. dies
a tempore latæ sententiae computandos ,
cum tamen posset appellare , sententia
transit in rem judicatam , & jus facit inter
partes litigantes , ita ut saltem per reme-
diuum ordinarium retractari amplius non
possit , si alias de jure subsistat . *c. Quod ad
consultationem 15. b. t. (cum talis , intra
tempus concessum , non appellans ac-
quiescere sententie latæ per iuris inter-
pretationem censeatur . c. Cum dilectus
32. de electi.) neque illa pars , contra quam
lata est sententia , admittatur amplius ,
si iterum producatis actis , vel alia ratione
probare velit , sententiam contra se latam
injustam fuisse , prout sumitur ex c. Cum
inter. 13. b. t. (cum res judicata præsum-*

ptione juris & de jure pro veritate habe-
tur) aut si prætextu privilegi , in judicio
quidem exhibiti , si tamen contra illa
sententia lata sit , sententiam impugna-
velit , uti habetur in c. Suborta 21. h.
quia sententia etiam contra tale privile-
gium lata tenet , quia si exhibitorum ini-
cio fuit , & tamen contra illud judicium
fuit , præsumitur invalidum illud agi-
tum fuisse , aut revocatum ab eo , qui
revocandi habet . Sunt tamen aliqui
sus , in quibus etiam postquam sententia
translati in rem judicatam , pars victio
diatur , vel sententia retractari debet
ut si v. g. pars victrix fateatur sententiam
pro se latam , injustam esse , vel si no-
torium sit sententiam esse injustam de-
vel si à Judice admissa fuit etiam , post-
quam in rem judicatam transit sententia
exceptio & probatio contra injustam
sententiam , quamvis enim in tali casu ad-
mittere exceptionem tamē & potest
nem non deberet Judex , si tamen ad-
mittit , debet super ea exceptione in-
sententia , & si injusta fuerit sententia
hac retractari .

§. II.

*An si prima sententia transire in
rem judicatam , secunda ab aliis judicio
v. g. delegatis contra primam le-
valeat?*

EX e. Inter 20. b. t. Respondet
quod non teneat secunda , contra pri-
mam sententiam , qua in rem judicata
translit , lata , si prima sententia iudiciorum
exhibita non fuit , vel nihil contra vali-
ditatem illius oppositum ; teneat veri-
si prima sententia exhibita iudicibus fuisse
& de ejus valore disputatum , cum redi-
ctum sit in tali casu præsumatur , quod iudiciorum

primam sententiam pro nulla habuerint,
etiam si directe nihil pronuntiant super
valore, aut invaliditate primae sententiae,
sed tantum pronuntiaverint super causa
principali.

§. III.

Quando & in quibus casibus sen-
tentia non transit in rem iudicatam, &
in primis an in causis matrimo-
nialibus?

SEntentiam non transire in rem judi-
catam, aliud non est, quam quod nullum
est etiam appellatione interposita, nova
tamen instantia judicii ad causam jam de-
cisa iterum examinandam peti possit; si
sententia contra legitimum matrimonium
ad hoc dissolvendum lata, vel que-
lata fuit pro matrimonio, quasi legitimè
illud contractum fuisset, cum tamen
nullum sit, nunquam transit in rem ju-
dicatam, cum semper ad illud redin-
tegrandum vel ad hoc dissolvendum, & re-
tractandam sententiam, quoties com-
petetur fuerit, eam errore quodam latam
fuisse, agi possit, ut patet ex c. Lator. 7.
b. t. neque enim ulla juris, aut iudicis
auctoritas, aut partium consensus, &c.
potest dissolvere matrimonium validum,
aut invalidum reddere validum, cum talis
sententia peccatum foveret, dissolvendo
eos, qui veri conjuges sunt, aut conjun-
gendo eos, qui non sunt conjuges. Et
quamvis per viam simplicis querela ad
Superiorem etiam causa hæc deferriri pos-
sit, potest tamen etiam ab eodem iudice,
vel ex officio, vel per viam simplicis que-
rela ad to sententia lata retractari, si de
injustitia hujus constituerit. Neque tam-
en passim, & indifferenter quilibet ad-
mitti debet ad sententiam talem impu-

gnandam, ne nimium litig multiplicen-
tur, & cum presumptio sit pro iudice;
sed prius à iudice summaria cognitione
dilpicendum, num causa verisimilis sub-
fit sententia latæ impugnanda.

Intelligi tamen hæc debent primò,
quod non transeat in rem iudicatam sen-
tentia, à qua non fuit appellatum, quoad
ipsum matrimonium; quoad litis enim
expensas, in quas succubens condem-
natus fuit, transit in rem iudicatam sen-
tentia, si ab hoc congruo tempore appel-
latum non fuit, cum pro hoc casu nihil
probet allata ratio. Secundò, quod tran-
seat in rem iudicatam sententia, à qua
appellatum non fuit, si pro favore ma-
trimonii ex errore quidem malè judica-
tum sit, error tamen hic ex consensu partiū
corrigi possit; si v.g. de matrimonio gra-
vi metu injustè incusso iudicavit iudex,
quod validum illud sit, & pars metum
passa non appellavit post latam sen-
tentiam, sed potius vel de novo in matrimoniū
expressè consensit, vel marito
v.g. matrimonialiter post latam senten-
tiā cohabitavit, ita ut in matrimonium
prius ob metum invalidum, postmodum
consensisse presumatur, quia sententia
talis non foveat peccatum. Tertiò transit
in rem iudicatam sententia (saltē quo-
ad nocentem conjugem) si non quidem
ad dissolvendum matrimonii vinculum,
sed in causa divortii ad cohabitationem
tollendam lata sit, quia neque hæc sen-
tentia peccatum foveat, ita tamen, ut in-
nocenti semper liberum sit, etiam post
terminum appellationis elapsum, ad re-
conciliationem partis nocentis agere, nisi
nocens statum jam mutavisset, professio-
nem religiosam faciendo.

§. IV.

Bbb 2

§. IV.

De aliis nonnullis casibus, in quibus sententia non transit in rem indicatam.

Primò sententia censuræ, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, etiam post elapsum decaduum ad appellationem concessum, non transit in rem indicatam, quod minus excommunicatus v. g. petere possit absolutionem, vel de iusta excommunicatione conqueri, non quidem per viam appellationis, sed per simplicem querelam. *Cum continet 36. De offic. Iud. deleg. c. final. De panis. c. Sacro. 48. De sent. excommun. & Glossa in c. Ad reprimendum 8. V. Suspendatur. De offic. Iud. ordi. ob eandem scilicet rationem, que pro causis matrimonialibus militat.*

Secundò sententia lata in causa beneficiali, à qua intra decem dies non est appellatum, non transit in rem indicatam in præjudicium Ecclesiæ (ob favorem scilicet Ecclesiæ) vel in præjudicium animæ, si periculum peccati imminent, arg. *c. Lator. 7. b. t.* ita ut possit vel ex officio Iudex contra talēm, pro quo lata est sententia, inquire, vel simplicem alterius querelam admittere, & audire; in proprium tamen præjudicium Beneficiati v. g. contradicentis sententiaz latæ transit hæc in rem indicatam, si suo tempore contra eam non appelletur. *Cum dilectus 32. De elet.*

Tertiò, sententia ex falsis instrumentis, & testimoniosis lata, non transit in rem indicatam, etiamsi convenienter tempore ab ea appellatum non sit; sed

si probari possit, quod Iudex ex tota falsitate ad sententiam ferendam moruerit, et rata & tari hæc debet c. *Sicut. De testibus, &c. Cum l. & A. 22. h. ut ne malitia partis litigantis, & lucidus condemnantis oblitus innocentis oportet falsis instrumentis, & testimoniosis.*

Quarto, non transit in rem indicatam de cœta lis, quæ ex juramento necessarium in supplementum probationum putatur. Iudice delato, definita fuit, quin rata & tari ea postmodum possit, si per novum instrumentum constet de falsitate juri. *L. Admonendi 31. ff. De jure iurandi & etiâ Gloss. in casu: neque eam quod a jure speciali tantum sit, uti sic huius decisio per juramentum necessarium patet, præferendum est ei, quod fit de jure communali, prout se habet probatio, quia in instrumenta legitimâ: hæc tamen non probant contra juramentum voluntarium parti à parte delatum, quoniam decisio huius non fit in vim sententia prædicæ lateæ, sed in vim transactionis inter partes celebratae.*

Quinto denique nulla sententia ex ipso jure invalida est, transit unquam in rem indicatam, quodminus ulque ad ducentia annos de nullitate illius est potestum quod exigat hoc juri debita retentia, tum quod sèpe in talibus sententiis periculum animæ veitur.

•S. * .S.

SECTIO

S E C T I O III.

De sententiis latis à pluribus iudicibus super eadem causa.

§. I.

Si plures iudices in aliqua causa diversa proferant sententias, quanam illarum valeat?

In casu, quo plures hi iudices omnes sunt præsentes, dum diversas ferunt sententias, plurimum sententia sive majoris partis, quæ in unam sententiam convenient, tenet, ut tradit *Glossa in c. Final. b. t. V.* proferentibus. Et sumitur ex *Can. 1. & 2. dist. 65.* nisi vel ex speciali scripto aut privilegio quælibet sententia pro nulla habeatur, si non concordibus iudicibus votis lata sit; vel nisi causa decidenda sit ex consensu duorum Collegiorum, quo in casu non major pars quoad numerum personarum attenditur, sed major pars utriusque Collegii.

In casu vero quo duo sunt iudices, quorum quilibet diversam ab altero sententiam profert, vel plures quidem eorum sunt, in numero tamen æquali inferenda sententia discordant, tenet illa, si iudices sint ordinarij, & jurisdictionem in solidum quilibet eorum habeat, quæ pro reo fertur, non autem, quæ fertur pro auctore (cum favorabiliores sint partes Rei, quam Actoris reg. 115. ff. & promptiora sint jura ad absolvendum quam ad condemnandum. c. ex literis 3. de probat.) nisi sententia pro auctore in

causa favorabili, pro valore Matrimonij v. g. pro libertate, pro dote, pro valore testamenti &c. lata sit; his enim in causis, si iudices dicti æquali numero discordent, valer sententia, quæ pro auctore lata est, ob speciem causatum illatum favorem. Si vero sint iudices ad speciem tantum causam delegati, qui in æquali numero quoad sententiam discordant, tunc superior sive delegatus adiungendus est, ad quem causa sufficienter instruxa remitti debet pro sententia obtinenda, quia in tali casu neuter habet jurisdictionem in solidum (saltem quoad usum & exercitum) & unus sine altero procedere (ordinarij) aut sententiam ferre non potest.

§. II.

Vtrum ex pluribus iudicibus, vel Arbitris omnes, vel saltem major pars sententiam proferre debeat, an vero sufficiat, si unus eorum proferat?

Si unus iudicum vel arbitrorum, presentibus aliis, mandatibus aut consentientibus (saltem ex maiore parte) scriptam sententiam recitat, perinde sententi debet, ac si simul ab omnibus iudicibus vel arbitris recitata fuisset, quamvis enim sententia proferti non possit per alium, ut dictum, potest tamen proferti per alium, qui est de numero iudicum, modò in plurali numero loquatur. *Nos iudices, nos arbitri &c. c. Cùm ab uno. 4. b. t. in 6.* cùm talis sententia non profertur ab uno nomine Capituli, & Collegialis non sit.

B b b 3

§. III.

§. III.

*An sententia lata à pluribus Con-
judicibus, quorum unus jurisdictione
privatus est, vel eam impeditam
babet, valeat?*

Non valere eam, si delegati hi con-
judices sint, probat c. ad proban-
dum 24 b. t. etiam si dati hi iudices fuissent
cum clausula: Quod si non omnes,
vel ut si unus nolit vel non possit, alter
solus vel alii procedant sine illo: neque enim
horum cuilibet in solidum jurisdictione
competit, sed simul omnibus, & dum
cum inhabili vitando, excommunicato
v. g. procedunt, suam etiam jurisdictionem
infringunt, ut nulla sit illorum sententia;
quæ tamen ratio cum locum non
habeat in judicibus ordinariis, quorum
quilibet sine altero in solidum jurisdictionem
habet, consequenter valebit sententia, quamvis ea à pluribus feratur,
quorum unus est excommunicatus v. g.
vitandus &c. nisi etiam hi scienter admis-
serint excommunicatum vitandum, quo
in causa nulla etiam illorum est sententia,
in penam temerariz admissionis excom-
municati v. g. vitandi.

SECTIO IV.

*De effectu & executione
sententiae & pena Iudicis per-
aram judicantis.*

§. I.

*Quis sit effectus sententia latam
ter partes litigantes. & an eam
proficit vel obstat aliis?*

Principius effectus sententia latam
ter partes litigantes est, quod inter partes litigantes
inter quas lata est, ius faciat, si ab eo
fuit tempore congruo appellatum, p
appellatio deserta fuit, quia tum habebat
pro veritate iuxta reg. 207. f. 1.
tamen, inter quos lata non est, ordinatur
non praedicatur, c. Quamvis prædicta
Neque enim uni per alterum in querendis
dictione inferri debet; & cum litigantem
se quasi contrahant, in ordine ad judicem,
coram quo litigant, etiam sententiam ferre
debent, quae in causa pronuntiabitur:
contractus autem contractum, qui inter se contraxerunt, obligat
consequenter nemo alias quam litigantes, hanc sententiæ tenebitur, & sicut aliis
non obstat, ita nec alii eam prodebat, nisi
cui principaliter & primo loco actio &
defensio causæ in judicium deducatur,
competit, alium patiatur agere, quem
prohibere posset, se substituendo in
cum illius, vel protestando contra alium
uti patet ex L. penult. ff. de re judicata, re
passus fuit eum, à quo causam habet, &
genuit defendere in judicio, prout
rum ex cit. c. penult. patet; vel nisi pri
pter criminis v. g. consoritum inter
etiam in consortem redunt, auctio
rum legitimè citatorum, qui tamen ad
dicium venire noluerunt, inter sic senten-
tia lata; aut denique causæ sint connecta-
ta ut non possit pro uno aut contra
num ferri sententia, quin illa etiam de
terum afficiat.

§. II.

De aliis nonnullis effectibus sententiae.

Plures sunt etiam alii effectus sententiae definitivae. Et primò quidem, quod per illam seu controversia finitur argu. c. lurgantium 2. b. t. saltem quo ad instantiam judicij, cum Iudex sententia definitiva latè fundatus sit suo officio, & quod hanc causam Iudex esse definit; quamvis eodem die, quo tulit sententiam, supplicere adhuc possit, quæ ad causam consequentia spectant, ut si omisit condemnare ad expensas litis, vel ad fructus restituendos &c. Imò si ordinarius Iudex est, non tantum declarare postmodum potest, sententiam à se latam nullam esse, sed deno causam talen ex integro resumere potest, quia nullam sententiam ferendo non censetur suo officio funditus.

Secundus latæ sententiae definitivæ effectus dici potest, quod ea à superiore, si recte & justè latæ sit, sit confirmanda, prout sumitur ex c. ea qua 4. b. t. si nimis confirmationis talis à superiore postulata fuit ad majus scilicet latæ sententie robur.

Tertius effectus dici potest, quod nullum sit rescriptum contra sententiam prius latam imperatum, si hujus non fiat mentio, & consequenter etiam collatio v. g. beneficiorum, si facta fuit vi talis rescripti, nulla erit, prout sumitur ex c. Cum olim 12. b. t. verisimile enim est, quod papa v. g. tale rescriptum concessurus non fuisset, contra sententiam aut pronuntiationem prius à se factam, cùm

nemo in dubio presumatur proprium factum impugnare, sed potius presumatur circumventus, ita ut nec motus proprius presumptionem hanc, quæ juris & de jure est, corrigat.

Quartus effectus sententiae definitivæ dici potest, quod interdum irrogat infamiam Reo condemnato, qualiter in L. Athletas §. ult. ff. de his, qui nota, infra statuit de condemnatis in causa injuria rum, sive civiliter sive criminaliter de injuria agatur.

Quintus denique effectus sententiae definitivæ dici potest, quod ex sententiâ pro Actore latâ competat ei actio in factum, ad praestandum id, in quo Reus condemnatus est: quæ actio sicuti hæreditibus etiam actoris datur, ita etiam contra hæredes Rei datur. Reo autem absoluto per sententiam datur exceptio rei judicatae contra Actorem, ejusque hæreditem.

§. III.

Per quem, & quo tempore, modo, ac ordine, executio sententia facienda sit?

Executione sententiae fieri debet ab eo Iudice, qui eam tulit, si quidem sit ille ordinarius, L. à Divo Pio. 15. junct. Gloss. V. à se ff. de re judicata aut Papæ delegatus. c. In litteris 9. junct. Gloss. in calu & c. Pastoralis. 28. de offic. Iud. aleg. ita ut, si interpolatâ appellatione Iudex appellationis prius latam sententiam confinet, quam tulit Iudex à quo, ad hunc remittere debeat partes pro executione, ut iudicium, ubi latum est, ibi etiam perficiatur, ad meliorem Reipublicæ & talium negotiorum ordinem. Et quamvis multi

multi dubitent, utrum hac ipsa executio etiam competat delegatis ab inferiore aliquo Magistratu, ab Episcopo v. g. vel utrum partes ad delegantem pro executione remittendae sint, cum Delegatus talis omni suo officio functus videatur, pronuntiando sententiam, quia tamen, cui causa expedienda commititur, omnia etiam commissa merito censentur, quæ ad causam talis expeditionem spectare videntur, ideo probabilius est etiam his delegatis sua sententia executionem competere, nisi specialiter hæc illis prohibita esset.

Non est tamen sententia (salem in Civilibus) statim executioni mandanda, sed expectandum est saltem per dies decem (ut locus detur interponendæ appellationi, si parti gravatae videatur appellandum) & in debitis personalibus tempus à jure definitum ad executionem, est tempus quad trimestre, quod condemnato ad solvendum conceditur, prout patet exc. *Quod ad consultationem.* ita tamen, ut ex justa causa possit hoc tempus abbreviare Iudex. In realibus vero actionibus sententia statim, ut ea in rem judicatam post decem dies appellationi concessos transit, executioni mandanda est, & rei possessio auctori, pro quo judicatum est, danda, ita ut ad executionem non sufficiat, pignota tantum dare pro re, ad quam condemnatus est, *juxta e.* *Cum aliquibus 6. h. t.* nisi restitutio statim facienda impossibilis esset, aut pars victi, ix sponсорe pignora v. g. pro re, vel estimationem rei, &c. admitteret, in cuius favorem restitutio precepta est, & cogenda esset. In causis vero criminalibus executio statim fieri potest, præ-

sertim in Germania, ubi juxta hanc criminaliter condemnato non concubatur appellatiois remedium.

§. IV.

An is, cui commissa est executio possit admittere exceptiones opposita contra executionem sententia, & de illa cognoscere?

Duplex communiter dicuntur Executio, si distinctus hic à Iudice, aliud dicitar & est merus executor, si nulla cognitio, sed sola executio causa plenè cognitæ, & decisæ committitur, aliud mixtus dicitur, & est, cuin non merus executio, sed aliqua etiam cognitio de facienda executione committitur, hic ergo admittere potest exceptiones, quæ tendunt non ad impugnandam sententiam, ac illis de aliqua injustitia arguenda, sed quæ tendunt ad impediemendam, & retardandam executionem, & de illa cognoscere. *c. De cetero 5. h. t.* Neque enim assumere sibi debet Executor potest Iudicis, cui de causa principali cognoscere convenit. Si vero merus Executor quis constitutus sit, nulla ipsi cognitæ causa competit, & consequenter immittere non potest ullam exceptionem, sed sola exequendi necessitas illi incumbit (cum omnis cognitio etiam ad executionem pertinens supponatur in casu praemissa) quamvis sciat injunctam sententiam à Iudice latam, cum illa non sit discernere justè an injunctum iudicatum sit, nisi injusta sententia lata efficeretur causa criminali, ubi de vita, aut membris hominis agitur (ad cuius velut intrinsecus malæ executionem nemo cogi potest) vel in causa etiam Civili indebitate causa.

est latæ sententia (cum sententia nulla non sit sententia, neque transeat unquam in rem judicatam) prout colligitur ex c. Super eo. 2. De crimi falso. & quamvis multi sint, qui dicunt, Executorem non posse exequi sententiam formaliter injustam, ex malitia v. g. Iudicis latam, si faciat formaliter eam injustam esse, cum in tali casu nihil operari possit præsumptio pro Iudice, sunt tamea etiam, qui cum Glossa in c. Pastoralis 28, §. Quia verò V. Etiam sciat. De offic. Ind. deleg. contrarium teneant, quod scilicet meus Executore sententiam etiam, quam scit formaliter injustam, exequi posse, & onus impositum declinare non possit, aut non possit ad Superiorum velut gravatus recurrere, tum quod pars sibi adscribere debeat, si quod patitur ab Executore tali incommodum, & quod intra tempus debitum non appellaverit; tum quod huic parti contra Iudicem de damno dato agendi remedium adhuc superbit. Huic tamen etiam metro Executori, quamvis nulla jurisdictione competit, non tam omnis coercitio, (facti scilicet) neganda est contra executionem impudentes, ne inanis sit facta illi executionis commissio.

§. V.

An tertius interveniens pro suo interesse possit impedire executionem sententia inter alios latæ?

Ex c. Cum super 17. h. t. habetur, quod, quamvis contra principalem actionem in judicio sententia lata sit, tertio tamen, cuius interest, qui tamen iudicio tali non interfuit, nihil noceat, neque exinde prejudicium aliquod pati debet.

Pirkling, Compend.

beat, ita ut appellare etiam possit à latæ sententia, neque executioni ea mandari possit, donec etiam illius tertii causa, qui ob suum interesse, postquam cognovit sententiam hanc latam fuisse, legitimè appellavit, cognita fuerit, nec possessio rei vel juris ipsi afferri, cum nemini sine causâ cognitione sua possessio afferri debeat. Ex quibus facile patet, possit tertium pro suo interesse intervenientem impidere executionem sententiae inter alios latæ, ita ut contra Reum quidem condemnatum in iudicio sententia confirmari possit, contra tertium vero, si rationabiliter appellavit, infirmari, vel saltem executio illius suspendi: quamvis ante appellationem interpositam summati probare debeat hic tertius appellans, suum interesse, latam contra alium sententiam, vel certe præstata prius cautione indemnitas ille cavere deberet, si executio videretur urgere.

§. VI.

An is, contra quem in aliqua causa tres sententiae confirmes sunt latæ, admittit debeat ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicuius ex illis, vel ad excipendum, antequam hujusmodi sententia plenè fuerint executioni mandata?

Respondetur ad hanc questionem, in Clement. ut calumnias i. b. t. negative, sive deinde sententia haec fuerint interlocutoria tantum, sive definitivæ, sive immediatæ ad se invicem, sive mediale latæ, ut occurratur scilicet calumnias litigantium, prout dicit Pontifex. Quæ constitutio locum etiam habet in causa criminali, ita ut executio illius fieri debeat, antequam agatur de nullitate sententia-

Ccc

rum,

394 Tit. XXVIII. De appellationibus, recusationibus, & relationibus.
rum, si scilicet de tali causa criminali agatur, cuius executio postea retractari potest. Quod si tamen plenè sit facta executio contra talem, tribus conformibus sententiis super eodem articulo condemnatum, non prohibetur hic agere aut excipere, ac admitti debet contra nullitatem harum sententiarum, vel alius cuius ex illis, ne innocens nimium gravetur.

§. VII.

Quæ sit pœna Indicis male judicantis?

De jure Civili Iudex, qui male judicavit, item suam facit, sive se peri-

culo litis obstringit, ad omne damnum parti læsa, vel ad litis saltem estimacionem resarcendam, &c. de jure Canonico vero, si contra suam conscientiam contra justitiam male judicavit Iudex Ecclesiasticus, ita ut pars litigans in iudicio tali committendo, & non negligendo tantum gravetur, motus ad iudicandum favore alterius partis, vel odio, timore, aut per avaritiam, &c. incurrit suspensionem insuper per annum ab officiis executione, ut habeat in eum Cūm aeterni. i. h. t. in b. dignum est etiam ut ait Pontifex, ut, qui in tot offendit, pœna à multiplice castigetur.

TITVLVS XXVIII DE APPELLATIONIBUS, RECUSATIONIBUS, ET RELATIONIBUS,

SECTIO I.

De appellationibus in generere.

§. I.

Quid, & quotuplex sit appellatio,
& cur sit inducta?

Appellatio communiter definitur, A quod sit à minore, seu inferiore ratione gravaminis illati vel infestandi, ad majorem seu Superiorem, tanquam Iudicem, facta provocatio. Duplex autem est appellatio, Judicialis, & extrajudicialis. Illa fit auctibus judicialibus, & interponitur vel ante litis contestationem,

ratione gravaminis scilicet, in iudicio in litis contestationem evenientis; vel post litis contestationem ante sententiam definitivam, circa interlocutoria; vel donec sit ab ipsa sententia definitiva, in ejus executione. Extrajudicialis est, quod sit ab auctibus extrajudicialibus gravibus, vel quod Iudex extrajudicialiter procedens graver, vel quoddam per distinctionem v. g. factam, aut futuram gravamen aliquod inferant. Et quamvis extrajudicialis appellatio propriè dicitur, appellatio non sit, nec in odio his statutis aliquid de appellatione, appellacionis nomine veniat, & non requirat Iudicem à quo, & ad quem, potest tamen in latiore aliquo sensu appellatio dici, qd